19 A

F. 9. 9.

OLYNTHIACA P.a LAT

428

DEMOSTHENIS ORATORIS OLYNTHIACA ORATIO PRIMA.

SI ex his rebus, de quibus in presentia cõsultatis, quę nam Reip: profutura esset, manifestum uobis fieret, non dubito Athenienses, quin illam potius uos, quam uel magnam uim pecuniarũ acciperetis. Quod cum ita sit, par est, ut eos, qui consilium uobis afferre uolunt, attente audiatis. Propterea quia non tantum siquid aliquis in rem uestram, dui, multumq; excogitatum huc attulerit, vobis id, cum audieritis, accipere manu erit, uerum etiam quę uestra Fortuna est, fore arbitror, ut multa nonnullis ad dicendum, uel ex tempore in mẽtem ueniant, quæ magnam uobis cum utilitatem, tum etiam gloriam sint allatura. Qua ex re futurum est, ut facile eam

ex omnibus sententiam eligatis, quę uestris
rebus maxime sit accomodata. Praesens
igitur tempus o Ate tantum non dicit, ac
uocem emittit, oportere uos Olynthior; res
si quam de salute uestra curam, ac cogita=
tionem habetis, tuendas, atq; defendendas
suscipere. Nos autem quo simus erga illas
animo haud planè scio. Ego uero ita cen=
seo. Auxilium iam ut decernatis, sed etiã
quam celerrimum comparetis, hortor aute
ut Vrbanas copias, non milites mercenna=
rios auxilio mittatis, ne idem uobis, quod
sæpe antea euênit, nunc quoq; accidat.
Legatos præterea mittendos esse, qui tum
ea quæ hic à nobis decreta fuerint, Olyn=
thijs renunciabunt, tum etiam rebus ge=
rendis intererunt. Quoniam hoc, uel ma=
xime pertimescendum nobis est, ne Phi=
lippus, cum uaferrimus sit, ac in rebus
agendis sagacissimus, partim quidem non

nulla.

nulla, si res ita tulerit, concedendo, partim etiam minaciter agendo, posset emm fieri ut non indignus, cui fidem saberet uideretur, partim deniq; nos, nostramq; absentiam subdole, ac calumniose eximinando, aliquid de summa rei; euertat, sibiq; abstrahat. Verum enim uero recte est AES: ac Dijs immortalibus gratia agenda sunt, quòd id, quod ex Philippi rebus tutissimum est, ac maxime inexpugnabile, nostris etiam rebus maxime utile, atq; accomodatissimum est. Nam quod ille unus sit, qui, quæ uel dici possint, uel faceri debeant omnia pro arbitrio solus moderetur. quiq; simul, et Dux, et Dominus, et Quæstor sit, ac ubiq; exercitui adsit, quantum quidem ad bella celeriter, et ex occasione gerenda longe nobis præstat. Quantum uero ad alienos animos sibi colligendos, atq; reconciliandos, quod utiq; ille libentissime ani-

mo faceret, prorsus contra est. Siqui-
dem perspectum habent Olynthij se
non pro gloria hoc tempore, neq; de ali-
qua agri parte cum Philippo, sed de
Patriæ excidio ac seruitute, bello có
tendere. Neq; non sciunt quo pacto Phi-
lippus, tum Amphipolitanos, que ei vr-
bem tradiderunt, tum Pydneos, qui eũ
receperũt tractarit. Et profecto ti-
rannides, quemadmodum existimo, re-
busp: his præsertim, quæ vicinæ, ac
finitimæ sunt, suspectæ, atq; infidæ
censeri debent. Vos itaq; o Ath: hæc
ipsa cognoscentes, ac reliqua, quæ vos
decent, omnia memoria repetentes,
excitari (meo quidem iudicio) atq; bello
siquando aliãs, nunc maxime animũ intẽ-
dere: pecunias alacriter cõferre:
ipsos met vos in militiam proficisci, ac
nihil demiq; intentatum relinquere o-

portet.

fortet Cum nulla amplius neq; defen=
sio, neq; excusatio saltem ficta, quo=
minus ea, qua facta opus sunt faciatis
uobis sic reliqua. Quod n. uulgo omnes
iactabatis opus esse ut olyntij infensi,
atq; infesti Philippo reddderent, nunc spó=
te sua, ac eo sanè pacto, quo nullus uo=
bis utilior esse poterat euent. Nam si
uestra opera, & persuasionibus bellum
olynthij cum Philippo susceperint, eos
fortasse, nec satis firmos, nec nisi qua=
dui, cum ad id à uobis impulsi fuisset,
ignorassent, socios habuisseris. Hunc
uero, quoniam, ex ijs, quibus ab eo af=
fecti sunt iniurijs, atq; criminationi=
bus hominem oderunt, credibile est
olynthios inimicitias cum Philippo, que
timent, & à quo pexime tractati sunt,
perpetuo ac constanter exercituros.
Haud igitur oportet o Ath: hanc que
nobis tam opportune oblata est occasio=

nem dimittere, & quasi manibus labi
sinere: neq; committere, ut idem no=
bis nunc accidat, quod antea non se=
mel euenit. Nam si tum e' uboensibus
auxiliatum iuimus, eumq; Hierax, et
Stratocles ab Amphipolitanis hic ade=
runt, deq; hoc ipso subgesto uos ut na=
uigaretis, e' urbe acciperetis cohorta=
rentur, idem pro rebus nostris studiu
adsibuissemus, quod in e'uboensium
salute defenda adsibuimus, Profecto
e't Amphipolim tunc obtinuissetis, et omni=
bus, quæ postea subsecuta sunt, essetis inco=
modis liberati. Item si cum Pydnam, Po=
tidæam, Methonem, Pagasas, cæterasq;
urbeis (ne in singulis recentibus tempus
corteram) obsideri uobis nunciabatur
eaq; pri aliquam, quæso priman obsessa
esse audieratis, tueandam ipsi alacritq;
atq; ut conueniebat suscepissemus, pla=

cidiore.

cidiore nimirum aliquanto, et longe minus ferociento Philippo in præsentia utercmur. Verum nos præsentia quidem tempora, et occasiones semper abijcientes, futura uero sopte ingenio optime casura putantes ipsi nos o Ath: et auximus Philippum, et talem, ac tantum effecimus, qualis ac quantus unquam è macedonum regibus ad hoc usq tempus alius fuit. In presenti uero offert se se nobis occasio equæ nam tandem! obsequiosior s. nullis illa quidem superioris temporis occasionibus inferior. Quòd siquis nostrum Ath: ea. quæ in nos à Dijs immortalibus beneficia collata sunt uere æstimet. equidem fore arbitror ut is, tametsi multa perperam ac contra se sabeant, quam nobis expedirent, summas tamen illis gratias, nec immeritas acturus sit. Nam quod multa in bello gerendo amisimus id no=

stra negligentiæ adscribendum esse ex non iniuriæ quispiam existimaret. Quòd nero non pridem amiserimus, et eam societatẽ nacti nunc simus, qua si uti uolemus, omnes Reip. difficultates, omnia incommoda depellere, ac propulsare possimus hæc ego sane beneuolentiæ Deoꝝ erga nos perind, ac summum beneficium assignauerim.

1256

437

659

440

442

443